

mento tum demum esse locum, si vel ex levibus saltem conjecturis defensio doceatur, occisor interim sit vir bonus, & hactenus probe sese gesserit. Quod si verò vilis sit persona, & probatio pro defensione necessaria vel tota deficiat, vel saltem sit levis, tum reus torturæ subjici debet, partim propter *presumptionem juris* de homicidio doloso, quâ oneratur: partim quoque propter *confessionem qualificatam*, dum allegando necessariam defensionem homicidium est confessus, & ita aliquid facti asseruit. Qualem distinctionem quoque sequitur Theodoricus *d. pag. 1580. in fine.* An autem post torturam, in qua reus perseveravit in confessione homicidii qualificati, & dixerit: Se necessariam defensionem fecisse, simpliciter ab omni pœna sit absolvendus, quòd indicia contra ipsum militancia sint purgata, docet Berlich. *part. 4. Concl. 15. n. 39. fol. 123. & 124.* è Bertazolo. *l. 1. Conf. 27. n. 7. & 8. fol. 64.* Obrecht. *c. ult. n. 68. de Necess. defens. p. 160.* nisi fortean sit persona vilis, aut testibus probari possit, reum non fecisse necessariam defensionem, vel in defensione moderamen inculpatæ tutelæ excessisse. Vide Blumblach *ad h. art. num. 4. p. 318. 319.*

ARTIC. CXLIV

*Si adversus fœminam inculpata tutela præten-
datur.*

Von berühmter Nothwehr gegen einem
Weibsbild.

S B einer ein Weib erschlüge/ und sich einer Nothwehr berühmet/ in einem solchem Fall ist auszuführen und anzusehen die Gelegenheit des Weibs und Manns/ auch ihrer beyder gehabter Wehr und That/ und darinnen nach Rath der Rechtsverständigen/ wie hernach stehet/ zu urtheilen. Denn wiewol nicht leichtlich ein Weib einen Mann zu einer entschuldigten Nothwehr ursachen mag/ so wäre doch möglich/ daß ein grausam Weib einen weichen Mann zu einer Nothwehr tringen möchte/ und sonderlich/ so sie so sorgliche/ und erschlechtere Wehr hätte.

AD